

XCIV.

Indictio XI. Sacri & Generalis Concilii Lateranensis III.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabilibus fratribus, Pisano Archiepiscopo, & universis Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus per Tusciam constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

Quoniam in agro Domini, qui est Ecclesia, tamquam spina & tribuli nascuntur quotidie, & pullulant germina vitiorum: cum videlicet, quia prona sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua, tum quia inimicus homo de malitia sua zizania superfeminare non cessat, & germen bonum nititur suffocare, necesse est diligentiam adesse cultorum, & nunc evellere & amputare jam nata, nunc etiam nascituris nocivis gravaminibus proficiendi aditum observare: subsequenter autem, & inferre fructiferum germen, & seminare semen bonum, quod trigessimum, sexagesimum, & centesimum fructum fecundante Deo possit afferre. Nam & haec, verba illa dominica sonare videntur, quibus Hjeremiam Prophetam, & in eo Evangelicum Sacerdotem instruxit, dicens: Dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te super gentes & regna, ut evellas & destruas, & disperdas, & dissipes, & aedifices, & plantes. Id autem licet universis Ecclesiarum Rectoribus incumbat, multo tamen fortius imminet Romanae Urbis Antistiti, qui a Domino Jesu Christo, ut Caput esset Ecclesiae in B. Petro accepit, & de pacendis Dominicis ovibus, & fratribus confirmandis, expressum & speciale noscitur habuisse mandatum.

Inde siquidem est, quod nos, licet insufficientes meritis, ad providentiam Apostolicae Sedis, & ministerium universalis Ecclesiae a Deo, (ut ipsi placuit) disponente vocati, quia in Ecclesia Dei correctione videmus quamplurima indigere, tam ad emendanda, quae digna emendatione videntur, quam ad promulganda, quae saluti fidelium visa fuerint expedire, de diversis partibus personas ecclesiasticas decrevimus evocandas; quarum praesentia & consilio, quae fuerint salubria, statuatur: & quod bonum, secundum consuetudinem antiquorum Patrum provideatur & firmetur a multis. Quod si particulatim fieret, non facile posset plenum robur habere.

Quo circa per Apost. vobis scripta mandamus, qualiter huic nostrae dispositioni plenis desiderii cooperari curetis, & prima Dominica adventantis Quadrages. ad Urbem Romam ducente Domino veniatis, ut cooperante S. Spiritus gratia, tum in corrigendis enormitatibus, tum in statuendis, quae Deo grata fuerint, communi studio, quod fuerit agendum, agatur, & uno ore honorificemus Deum, & Patrem D. N. Jesu Christi.

Dat. Tusculani, XI. Kal. Octob.

Dat. die 11. Septemb.

Cor.

Eidem insuper sexdecim Episcopatus confirmat:

In sinopolitanam vero & Tergestinam ad tempus unit.

Quo expleto Episcopum utriusque instituentum a Patriarcha Aquilejensi cedit.

Confirmat quoque eidem omnia Monasteria:

Pallii quoque usum;

Ac Crucis praedicationem.

Cetera quoque bona;

ac donationes omnes confirmat.

(a) Ughellius post allatum Diploma: Probabile, inquit, certe videtur, haec Privilegium ab Alexandro Ulrico concessum. Venit anno 1177. cum idem Ulrico in gratiam Sedis Apostolicae redisset: Octaviano enim Antipapa adhaererat. Sed anno 1177. Venetis cum esset Alexander PP. ei cum suis suffraganeis occurrit, abjuratoque schismate veram Christi Vicariam adoravit. Nonnulli post hoc tempus datum Diploma, quique sanus credit.

XCv.

Confirmatio privilegiorum, ab Eugenio PP. III. Monasterio sancti Quirini Tegernee concessorum.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Ruperto Abbati Monasterii beati Quirini juxta locum Tegernee, ejusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Monast. sub protectione Sedis Apost. recipiens.

Bona omnia ei confirmat.

Immunitates omnes ei praeferentibus ratas habet.

Novaque concedit privilegia.

Commisere nobis Apostolicae Sedis nos hortatur auctoritas, ut locis & personis ipsius, auxilium devotione debita implorantibus, tuitionis praesidium impendere debeamus. Quia sicut injusta postulationibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima & justa desiderantium nulla est differenda petitio; praesertim eorum, qui cum honestate vitae & laudabili morum compositione gaudent omnipotenti Deo deservire. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus benignum impertientes assensum, praefatum Monasterium, quod utique a nobilibus viris Adalberto & Occario germanis fratribus illustribusque Comitibus in suo constructum est, & antiquis Romanorum Imperatorum privilegiis, Pipini videlicet, Caroli, & Ludovici decoratum, in quo denique corpus B. Quirini, a praedecessore nostro sanctae recordationis Zacharia Romano Pontifice impetratum, requisierunt perhibetur, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quaecumque possessiones, quaecumque bona idem Monast. impresentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praesente Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permanent; Praeterea libertates sive immunitates, ab Episcopis vel Regibus sive etiam Principibus vestro Monasterio rationabiliter concessas & scripto firmatas, vobis nihilominus confirmamus, & ut nullus eas infringere seu inbeneficere audeat, auctoritate Apostolica prohibemus. Interdicimus insuper, ne liceat Diocesano Episcopo, Ecclesias ad vestrum Monasterium pertinentes aliquibus sine vestra voluntate conferre; sed fas vobis sit, ad Ecclesias ipsas vacantes Presbyteros eidem Episcopo praesentare: quibus, si idonei fuerint, Episcopus curam animarum committat, ita quidem, ut ei de plebis cura respondeant, vobis autem de temporalibus debitam subjectionem impendant. Nihilominus etiam arctius interdiciamus, ne cui Episcopo vel alii ecclesiasticae personae, vos vel Monasterium vestrum sine manifesta & rationabili causa excommunicationi vel interdicto subjacere liceat. Sed cum generale interdictum terrae fuerit, fas vobis sit, clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Christina vero, Oleum sanctum, consecrationes Altarium seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros Ordines fuerint promovendi, a Diocesano suscipietis Episcopo, si quidem catholicus fuerit, & ea gratis & absque pravitate symoniaca exhibere vobis voluerit; alioquin, liceat

Bull. Rom. Tom. II.

vobis catholicum, quem malueritis, Antistitem adire, qui nimirum nostra fultus auctoritate, quod postulat, indulgeat. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeposatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatum Coenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, & Diocesani Episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, etiamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

EGO ALEXANDER Catholicus Ecclesiae Episcopus.

Ego Ubaldo Ostiensis Episcopus.

Ego Joannes Presb. Card. SS. Joannis & Pauli tit. Pammachii.

Ego Joannes Presbyter Cardinalis tit. S. Anastasiae.

Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Marci.

Ego Theodinus Presb. Card. S. Vitalis tit. Vest. ss.

Ego Petrus Presbyter Card. tit. S. Susanna.

Ego Ugo Presb. Card. tit. S. Clementis.

Ego Jacintus S. Mariae in Cosmedin Diac. Card. ss.

Ego Ardicio Diaconus Cardinalis sancti Theodori.

Ego Rainerius Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum.

Ego Mattheus S. Mariae novae Diac. Card. ss.

Ego Rainerius Diac. Card. S. Adriani.

Datum Laterani per manum Alberti Presbyteri Card. & Cancellarii, IV. Idus Martii, Indictione XII. Incarn. Dominicae anno MCLXXXIX. Pontificatus vero D. Alexandri PP. III. anno XX.

Abbatem solis Monachis eligi jubet.

Decretum immunitatis etc.

Cum solitis clausulis pontificalibus.

Alexander PP. & S. R. E. Card. suby. scriptiones.

Dat. die 11. Martii anno Dom. 1179. Pontif. anno XX.

L I I s

Mo-



XCVI.

Monasterio S. Nazarii Laurishamen. Diocesis, quod sub protectione Sedis Apost. suscipitur, bona omnia confirmantur, nonnullaque concedantur Privilegia.

Edidit Freherus Orig. Palatin. p. 183.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Sigehardo Abbati Monasterii sancti Nazarii Laurishamen, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium

Monast. sub Sedis Apost. protectione suscipit.

Disciplinam Monasticam inviolabiliter observari mandat.

Eidem bona omnia confirmat.

A decimarum solutione exempt.

Ab interdicti generali exempt.

Sepulcrum sibi liberam esse decernit.

Quoriam illud a nobis petitur, quod Religionis & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in Domini filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & praefat. Monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostrae protectione suscipimus, & praesentis scripti privilegio communitimus; In primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Dei timorem & beati Benedicti regulam in vestro Monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascumque possessiones, quacumque bona idem Monasterium impraesentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praesente Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo praescriptum Monasterium constructum est cum omnibus pertinentiis suis, vetus Monasterium cum pertinentiis suis, cappellam cum pertinentiis suis. Sanè novarum vestrorum, quae propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas vel primitias exigere praesumat. Liceat quoque vobis, clericis & laicis e saeculo fugientes liberos & absolutos recipere ad conversionem, & in vestro Monasterio absque contradictione qualibet retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit, de eodem loco absque licentia Abbatis sui nisi obtento archiepiscopi Religionis discedere; discedentem verò sine communi literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terra fuerit, liceat vobis, clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis interdictis & excommunicatis, suppressa voce officia divina celebrare. Sepulcrum quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, & extremae voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat: salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Ad haec vobis ex benignitate Sedis Apostolicae indulgemus, ut sine damno vicinarum Ecclesiarum cellas in locis vestris, vel oratoria construendi cum assensu Dioecesanii Episcopi licentiam habeatis. Prohibemus insuper, ne tu, fili Abbas, vel alius possessiones, decimas, oblationes, seu alia bona ipsius Monasterii ad mensam Abbatis, sive ad victualia fratrum, iustitias

obedientiarum, aut ad praeposuras pertinentia, in-beneficare, vendere, locare, vel alio modo quolibet sine communi fratrum consensu, vel maioris & sanioris partis alienare praesumat: quod si factum fuerit, iuribus carere sancimus. Praeposuras cellarum vestrarum, & obedientias Monasterii tantum Monachis capituli vestri sapientibus, salvis earum rebus, statuimus committendas. Advocatis etiam ipsius Monasterii sub interminatione anathematis prohibemus, ne cuiquam liceat, in possessionibus ipsius Monasterii castella vel munitiones alias construere: familiarumque sive colonos Ecclesiae novis & indebitis exactionibus fatigare, vel Abbati in iustitiis Ecclesiae requirendis seu obtinendis ausu temerario contraire. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponeatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam, providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, supradictum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare: sed omnia integra & illibata serventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicae auctoritate, sub cuius jure & patrocinio consistunt. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertioque commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & in futuro praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episcopus sc. Ego Ubaldus Ostiensis Episc. Ego Conradus Salisburgensis Eccl. humilis Minister, & Sabiniensis Episc. &c. Dat. Laterani per manum Alberti sanctae Romanae Ecclesiae Presb. Card. & Cancell. VII. Idus Aprilis Indict. XII. Incar. Dom. an. MCLXXIX. Pontificatus verò Domini Alexandri Papae III. anno XX.

Abbas electionem ad Monachos spectare decernit.

Constitutio conclusiones & clausulae.

Alexandri PP. & S. R. E. Cardinalium subscriptiones.

Dat. die 7 Aprilis anno Dom. 1179. Pont. an. XX.

Lunen-

XCVII.

Lunenibus Episcopis confirmatur jus benedictionis Abbatis S. Caprasii Arelensis Monasterii.

Huic Ecclesiae bona omnia, & jura confirmavit Eugenius III. anno 1149.

Ex Authentico Codice editis Ugellius Ital. Sac. 2. l. col. 947.

Exordium

Lucii PP. de huiusmodi subjectione sententiam.

ratam habet

Series facti.

Haec causa ab Alexandro Papa adhibitis Rom. Ecclesiae Praetoribus cognita.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Petro Lunensis Ecclesiae Episcopo, ejusque successoribus canonicè substitutendis, in perpetuum.

CUM universae, quae a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus decise sunt, & scripti munimine roboratae, nostra quoque debeant auctoritate firmari, ut recidivum imposterum pati non possit a Sede Apostolica controversia jam sopita; capropter, ven. in Christo frater, Petre Episcope, sententiam a praedecessore nostro felicitis memoriae Lucio Papa super controversia, quae inter praedecessorem tuum bonae memoriae Godfredum Lunensem Episcopum & Monachos sancti Caprasii Arelensis de subjectione ejusdem Abbatis, atque benedictione Abbatis, & consecratione Monasterii promulgata est, auctoritate apostolica confirmamus, & ratam habemus perpetuis temporibus decernimus permanere: quae utique talis noscitur extitisse. Monachi quidem sancti Caprasii de Arela electum suum bo. mem. Coelestino praesentaverunt, & occasione ejusdem privilegii, quod a felicitis recordationis PP. Innocentio noviter adquisierant, ipsum ab eo in Abbatem instantè postularunt, quod tu audiens, frater Episcope, in ejusdem praedecessoris nostri praesentia adieruisti, Monasterium ipsum Lunensi Ecclesiae & tibi subiectum haecenus extitisse; & Abbates, qui decesserant, praedecessorem tuum Philippum, qui gravi corporis infirmitate depressus, Episcopale Officium explere non poterat, a Bernardo tunc Parmensi Episcopo benedictum, Monasterium ipsum consecratum est. Quod cum quidem iidem Monachi denegabant, & tu ad agendum super hoc imparatus veneras, idem praedecessor noster electum ipsum benedicere noluit, sed tam tibi quam eisdem Monachis diem praefecit, ut tunc utraque pars sanctae Apostolicae Sedis conspectui se praesentaret, & iustitiam suam per idoneos testes, sive per authentica instrumenta ostenderet: iterum ab eodem praedecessore nostro, sicut Domino placuit, viam . . . . . ingressa: nos, qui licet indigni, Domino disponente, sibi successimus . . . . . statuto termino, utraque pars nostro se conspectui praesentasset, causam ipsam hinc inde indulgenter audivimus, & per fratres nostros studiosè examinavimus. Monachi siquidem nec scripta nec testamenta nec aliquid, quod ratione subnixum foret, nisi praefatum privilegium praetendebant; Tu verò, frater Episcope, duos nobis testes idoneos, Archiepiscopyt. S. Moderni de Sato Sechetinum nomine, & Abbatem Cepperanæ eodem nomine nuncupatum, nobis representasti, jurare paratos, quòd praefatus D. Parmensis Episcopus, rogante & postulante Philippo Lunensi Episcopo, Monaste-

rium ipsum consecravit, & Abbatem benedixit. Habito itaque fratrum nostrorum consilio, iuramentum eorum recepimus, atque benedictionem Abbatis, & consecrationem Monasterii tibi tuisque successoribus, & Ecclesiae Lunensi adjudicavimus, & contra, quae idem Philippus & alii praedecessores tui in eodem Monasterio habuisse noscuntur. Si verò ipsi Monachi quolibet tempore libertatem suam per alia authentica privilegia, vel alias evidentes rationes ostendere poterunt, silentium eis non imponimus. Apostolica igitur auctoritate statuimus, ut nulli de cetero liceat, te vel successores tuos super hac ipsius adjudicatione temerè inquietare, seu quamlibet molestiam vel iniuriam introgare. De benedictione sanè Abbatis praedicti loci, quam & dum venerit, annuimus & impendimus, privilegio eidem indulto, nullum tibi & Ecclesiae tuae imposterum volumus praedictum provenire. Si quis autem &c. Amen. Amen. Amen.

EGO ALEXANDER Catholicae Ecclesiae Episcopus. Ubaldus Ostiensis Episcopus. Jacintus Card. S. Mariae in Cosmedin. Ardicio Diac. Card. S. Theodori. Laborans Diac. Card. sanctae Mariae in Porticu. Rainerius Diac. Card. sancti Georgii ad Velum aureum. Gratianus Diac. Card. SS. Cosinae & Damiani. Jo. Diac. Card. S. Angeli. Raynerius Diac. Card. S. Adriani. Mattheus S. Mariae novae Diac. Card. Bernardus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tull. Joannes Presb. Card. SS. Joann. & Pauli tit. Pamm. Joannes Presb. Cardinalis tit. S. Anastasiae. Joannes Presb. Card. tit. S. Marci. Theodinus Presb. Card. S. Vitalis tit. Vest. Petrus Presb. Card. tit. S. Susanna. Petrus Presb. Card. tit. S. Chrysgoni. Cinthius Presbyter Card. tit. sanctae Caeciliae. Ugo Presb. Card. tit. S. Clementis. Arduinus Presb. Card. S. Crucis in Hier. Mattheus Presb. Card. S. Marcelli.

Datum Laterani per manum Alberti sanctae Romanae Ecclesiae Presb. Card. & Cancell. VII. Kalendas Maii Indictione XII. Incarnationis Dominicae anno MCLXXIX. Pontificatus verò Domini Alexandri PP. III. anno eius XX.

XCVIII.

Privilegium Confirmationis bonorum omnium, ad Capitulum & Canonicos Concordien. Ecclesiae pertinentium.

Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Canonicis Ecclesiae Concordien. tam presentibus quam futuris canonicè instituendis, in perpetuum.

Quoniam decorem domus Dei diligere, & studiosè procurare nos convenit; nec aliquis ejus decentior est ornatu, quam si ministrantes in ea decretis & statutis canonicis informantur ad mores, & ad usum vitae perpetuis necessariis stipendiis fulciantur, oportet, nos, quae in Ecclesia Dei pastora-

Ac de iure favore Lunensis Episcopi.

Roboratio sententiae.

Alexandri PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Dat. die 15. Aprilis anno Dom. 1179. Pontif. anno XX.

Edidit Nro. Celsus in. nov. edit. It. Sac. Ug. F. V. col. 151.

Exordium.